ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

7

ARCHIVIO PREUNITARIO

26 Maggio 1541

ANTONIVS MISERATIONE
Diuina Epus Sabinen · S · R · E · Cardinalis de sancto [illegible] nuncupatus Terræ Gualdi perpetuus Gubernator &c. Volentes Communitatem, Homines, Incolas et habitatores p.tæ Terræ Gualdi quantum nobis licet, a laboribus et expensis releuare, et periculis, quæ longitudo itineris afferre solet opp.ne occurrere, Et ne appellantes pro suis appellationibus [illegible] prosequendis ad Urbem accedere compellantur, Statuimus et ordinamus in omnibus et singulis causis tam ciuilibus quam criminalibus a sententiis diffinitiuis seu interlocutoriis vim diffinitiuæ habentibus aliisque grauaminibus irreparabilibus per appellationem ab eis, Quæ in prima seu secunda, Vel ulteriori instantiis in dicta terra pro tempore [illegible] appellari posse ad Magnificum D. Iudicem Appellationum pro tempore existentem [illegible] Fulginei, [illegible] coram eodem [illegible] causa appellatio in qua [illegible] et secundum [illegible] diffinitiua infra [illegible] dies [illegible] interposita Appellatio [illegible] breui [illegible] arbitrio ipsius Iudicis [illegible] mensem et non ultra prolonganda [illegible] Idemque [illegible] pœnis arbitrio suo imponendis et pro [illegible] terræ Gualdi, pro alia uero Cameræ [illegible] omni appellatione [illegible] appellandi [illegible] Valeat Quibuscumque [illegible] procedere summarie et sine tela Iudiciaria sola facti ueritate inspecta [illegible] etiam [illegible] terminos ad iustificandum et [illegible] arbitrio suo [illegible] ex officio quoad causas criminales dumtaxat, [illegible] ciuiles Idem D. Iudex iuxta formam iuris et Statutorum dictæ Terræ Gualdi procedere et exequi debeat. Saluis tamen [illegible] auctoritate et Iurisdictione [illegible] Prior eiusdem Terræ [illegible] facultate appellandi [illegible] ad eos tam in ciuilibus

1344 - 1 Genn.°

1v

A

Quam criminalibus Ret[illegible] eisdem Prioribus permissa,
quatenus eis concesse sint,

Ant.

Ut Locumtenentes, Potestates et alij qui pro tempore Terram [illegible] regent
uel ius ibi dicent, Scientes se non minus de gestis per ipsos in officio
reddituros esse rationem, equa lance et sine aliqua corruptione, uel
sorde, ius suum unicuique tribuant, Hoc inperpetuum ualituro de-
creto Statuimus et ordinamus, Ut locumtenens Potestas et alij offi-
ciales dicte Terre, teneantur finito officio omnino Stare ad sindi-
catum in dicta terra, Et ibi rationem reddere de [illegible] per
ipsos actis gestis, administratis et [illegible], Et personaliter ubi res
exigat, respondere, tam [illegible] quam criminali, [illegible]
idonea de Stando iuri et iudicato [illegible] secundum formam
iuris [illegible] Et [illegible] dicti Sindicatus
[illegible] debeat per Decem dies [illegible], Quorum
tres assignentur illis, qui petitiones siue Accusationes et [illegible]
contra predictos dare uoluerint, Et infra tres alios quilibet [illegible]
probare per omne genus probationis, Quibus tribus [illegible] elapsis
publicetur processus, et Infra tres alios dies partes debeant opponere,
opposita probare, et allegare, Quibus elapsis intelligatur in causa
esse conclusum, Et sequenti die sententie absolutorie uel con-
demnatorie prout iuris fuerit, proferantur, Et dictis Decem
diebus elapsis, locumtenens et alij predicti non teneantur amplius
Stare ad sindicatum, nisi aliquod legitimum Impedimentum et notorium
inciderit, infra tempus dictorum decem dierum, Tunc enim pro
diebus, quibus durauit impedimentum, Debeant totidem alijs dieb[us]
ad Sindicatum Stare, Elapso uero tempore [illegible] decem

dieri; Et satisfacto omnibus et singulis quibus eidem mandato essent locu-
tenens et alij prædicti officiales possint pro eorum arbitrio inde rece-
dere, Volumus autem atque decernimus locumtenentes et alios prædictos
sindicari debere per successorem in officio et per sindicatores eorum
secundum formam statutorum dictæ Terræ, Et sindicatores eorum
[illegible] possint eligere consultorem expensis succumbentium, Reli-
qui vero officiales sindicentur per sindicatores eorum iuxta formam
dictorum statutorum, Et in procedendo dicti sindicatores nullam sollem-
nitatem iuris seu terminorum servare teneantur, Sed procedant de plano
et [illegible] et iustitia inspecta, Et ne dictorum sindicatorum iurisdictio
contemnatur et officium illorum vilescat, in concernentibus officium
sindicatus, possint præcipere, Venientes testes cogere ad
perhibendum testimonium sub penis eorum arbitrio imponendis

Præterea decernimus sindicatum nullatenus posse fieri durante
officio et ante successoris adventum, Et si aliter fuerit servatum
sindicatus et sententiæ viribus careant et sint ipso iure nulla

Volumus etiam et statuimus, penas pecuniarias, in quibus in huiusmodi
sindicatu locumtenens Potestas et alij officiales prædicti criminaliter
condemnabuntur, Applicari Monti Pietatis et Cameræ nostræ ut
supra; In cæteris vero in quibus non est supra dispositum ser-
ventur statuta prædicta, Ant.

Cum deceat indicentem omni humano affectu vacuum esse, et vix
possit accidere, Ut qui diutius in officio permanserit, amicitias vel
inimicitias non ineat, Unde iustitiæ vigor frigescit, Iura
x.P.M. pall. pervertuntur, Crimina multorum impunita remanent, Insontes

1344 – 1 Genn.°

2v

indebitas quandoq3 vexationes patiuntur, decernimus: Futuris tem=
poribus non posse in terra Gualdi deputari aliquem locumtenentem
Potestate aut iusdicente nec alios officiales, nisi tamen per semestre
Qui si bene se gesserint, possint per aliud semestre duntaxat
in officio Confirmari, Et ultra duodecim menses officium illa=
tenus exercere valeant, Et prorogatio officij facta [illegible] ultra
tempus sit ipso iure nulla et presumatur per obreptionem et
subreptionem obtenta sive facta, Et Dni Priores terre non
possint Locumtenentem vel alios officiales ad solitum iuramentum admit=
tere, sub pena Centum ducatorum, eius ipso facto incurrendam et
applicandam ut supra, Et quecumque per Locumtenentes et alios offici=
ales post dictum tempus ordinaverint, preceperint et [illegible]
nullius [illegible] roboris vel momenti, Ant.

Ant. Car.lis [illegible] Gualdi Gub.or



Jo. de Rimenetis Secr.

Dat. Romae In Aedibus nrae habitationis xxvj. May. M.D.xl[illegible]